



39282

KALKUTTA.

I

Mag. St. Dr.

P

Teol. 807.

Opatio Adami: Quæstio theologica de pos-
sibilitate incarnationis Divinorum
Personarum.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002932

QVÆSTIO THEOLOGICA.

De possibili^te incarnationis Di-
uinarum Personarum,
Ex 3. D. 1. desumpta.

Et

In ipso initio Tertii Sententiarum
ad disputandum proposita.

Anno Salutis M. DC. XXIV. Ianuarij
Die xxiii. Hora xvi.



A

M. ADAMO OPATOVIO, MA-
gistri Sententiarum Professore, & ad Sanctæ
Annae Decanū, Praeceptore Novoordovicien-
Permissu R. D. Decani Facultatis Theologicæ.

CRACOVIAE,
Ex Officina Francisci Cesarij.

QVÆSTIONES
THEOLOGICAE

De bogisiticæ incertiuitatis p.

discretione personarum

Ex R. D. Rymero

v

Ita libri iuris Tertii Secundius libro

et libri secundum propositio

Vnde Sinesse M. DC. X. XI. Iuris i.

Die XXII. Martii.

39282

16.

M. ADAMO DE ATONIO, M.

Siciliensis et Lodiensi

Quare Deum

Deus est

Deus est

Ex Officiorum Historicorum Quatuor

ANNO

Q V A E S T I O.

THEOLOGICA.

An incarnatio quæ secundum Magistrum, est visibilis missio æterni verbi in carne assumpta, & ad cuius efficientiam tres Personæ in Diuinis sunt cooperatae, eo modo sit possibilis, quod eadem tres Personæ, eandem numerō naturam, simul assumere possint, necne?

CONCLVSIONE I.

Incarnatio est missio Filij in mundum, qui per carnem assumptam, nouo modo incœpit esse, & hic modus, nullam mutationem ex parte personæ missæ importat, quia cum ubique sit, non potest hoc vel illuc nouiter accedere, sed solum est ex parte effectus producti, seu creaturæ nouiter illum effectum, recipientis.

COROLLARIA.

1. *Missio in diuinis, in suo materiali significato, significat originem; de formal i solam autoritatē mittentis respectu missi: que quidem missio, non secundum imperium aut consilium, sed secundum originem accipienda.*
2. *PATER qui est principium FILII, dicitur mittere Filium, Pater vero & Filius, quia sunt principium Spiritus sancti, dicuntur mittere Spiritum sanctum.*
3. *Si Pater per absolutam Dei potentiam incarnatur, illius incarnatio non diceretur missio, nec ipse missus, cum mittentem non supponat, nam & se est, & a nullo originem sumit. Et in hoc casu eadem persona Patris, quo ad diuinam naturam esset innascibilis, quo ad humanam assumptam esset nascibilis.*
4. *Missio, non est simpliciter de necessitate incarnationis, sed solum de necessitate incarnationis Filij, aut Spiritus S. si fuisset incarnatus.*

CON.

C O N C L V S I O . II.

Ad efficientiam mysterij incarnationis, tres Personæ in diuinis sunt cooperatæ, sola autem Persona Filij, assumptionem naturæ humanæ terminauit.

C O R O L L A R I A .

1. Proprium est diuinæ personæ, propter eius infinitatem, ut in illa fiat concursus duarum naturarum secundum substantiam.
2. Fataemur totam diuinam naturam esse incarnatam, non quod sit incarnata, quoad omnes personas, sed quia persona incarnata, totam perfectionem nature diuina in se includit.
3. Cum essentia diuina habeat propriam subsistētiā independentem à subsistētia personarum, (nam potius ē contra personarum subsistētia ab illa dependet) idcirco afferimus, quod natura diuina terminare possit humanam, Et hæc unio nō esset ad unitatem personæ, quia non adest, neque ad unitatem nature, quia naturæ non miscentur, sed esset unio ad naturam, nam humana natura haberet hanc specialem dependentiam ad essentiam

tiām diuinām per se subsistētēm, quia ab illā recipēret subsistentiam.

4. Licet Filiatio non possit sine Paternitate claram sui visionem terminare (quia relatiuorum ea est natura, ut unum sine alio non possit cognosci) potest tamen realiter uniri humanitati, quamvis eidem Paternitas non uniatur.

C O N C L V S I O III.

Tres personæ diuinæ, possunt eandem numero natūram assumere, & propriis subsistentiis relatiuis terminare, & sic assumerent hominem, non in unitate personæ, sed in pluralitate personarum.

C O R O L L A R I A.

1. Natura diuina virtute sua ex natura rei comunicans se tribus personis sine sui multiplicazione virtutem suam infinitam ostendit: natura verò creata, si esset terminata tribus personis, nō suām sed infinitam Dei potentiam id operantem, testaretur.

2. Non potest humanitas ea ratione à tribus personis assumi, ut per eandem unionem indiuisibilem omni-

omnibus vniatur, sed essent tres uniones diuersæ,
quarum unaqueq; à suo termino penderet, quem-
admodum si DEVS eandem numero albedinem
in diuersis subiectis poneret, & sic haberet diuer-
sas uniones & inhærentias.

3. Humanitas terminata subsistentia verbi non
potest ea ratione à reliquis personis assumi, per
quam etiam terminus seu persona verbi assume-
retur, sed quia humanitas est terminata extrin-
seco termino, à quo tamen, quamuis illi sit coniū-
etus, est distincta, & ideo non assumptotermino,
adhuc natura assumi potest. *Dicitur*
4. In tali casu quod tres personæ vnirent sibi natu-
ram humanam essent plures homines simpliciter
& unus secundum quid.

DEO Opt: Max: in omnem
æternitatem gloria.

Argentum rursum - vix tunc p[ro]p[ter]a p[re]dicta
rursum ex aliisq[ue] auctoribus o[ste]r[ra]m p[ro]p[ter]a
auctoribus oratione mehans? V[er]E[st]D[icitu]s ambo sub
- rursum p[ro]p[ter]a d[omi]n[u]m s[an]ctu[m] V[er]o, et resu[m]b[us] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] n[on] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
- r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] V[er]o, et resu[m]b[us] n[on] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
non id est c[on]trafectus auctoribus antimerit[us]
- r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
- s[an]ctu[m] id est q[ui]d[em] q[ui]d[em] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
- r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
- r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]
- r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m] q[ui]d[em] q[ui]d[em] r[es]u[m]b[us] s[an]ctu[m] s[an]ctu[m]

BIBLIOTHECA



LIBRARY OF THE



